

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. VI.

Vsebina: 54. Škofijski zavodi. — 55. Litterae encyclicae Pii PP. X. ad Episcopos Italos de actione catholica. — 56. Nabiranje milodarov za pogorelce v Tillmitschu. — 57. Razpis Ivan Nep. Schlackerjeve ustanove. — 58. Perijodična poročila in izkazi za leto 1905. — 59. Konkurni razpis. — 60. Škofijska kronika.

1905.

54.

Škofijski zavodi.

Ker se je za pripravljalni tečaj in za pouk v predmetih prvega gimnazijskega razreda dovolj dečkov prijavilo in v zavode sprejelo, otvorili se bodo z novim šolskim letom.

Vodstvo in gg. profesorji so že v hiši, tudi moški in ženski posli so večinoma službo nastopili; zadnja dela se dovršujejo in do 16. septembra bo za sprejete dečke vse pripravljeno.

Zavode želim otvoriti slovesno s cerkvenim blagoslovom. Dan 21. september, sopraznik sv. apostola Matevža, je za ta slovesni blagoslov določen. Razpored je nastopen:

a) ob devetih dopoldne blagoslov hiše; b) za tem peta sv. maša; na koro poje cerkveni pevski zbor šentviški; c) po sv. maši v dvorani poročilo gospoda Josipa pl. Vancaša, graditelja, o zidavi in delu, kakor se je vršilo, ter moj govor o namenu in nalogi za-

vodov; d) potem ogled poslopja in e) ob eni popoldne banket v škofijski palači v Ljubljani.

Iz Ljubljane pojde ob 8¹/₂ poseben vlak do zavodov ki se po dovršeni slovesnosti nazaj povrne, kar bo Ljubljančanom, pa tudi drugim gostom gotovo jako prilično in všeč.

K slovesnosti povabim veleč. gg. duhovnike, pa tudi druge prijatelje zavodov iz vseh slovenskih krogov, ki se za to važno kulturno napravo zanimajo.

Sprejeti dečki naj pridejo v soboto 16. septembra; v nedeljo 17. septembra bom kapelo blagoslovil in veliki altar bolj na tihem posvetil in se zahvalil Bogu za vso pomoč pri zidanju in pri skrbi za vsa potrebna sredstva.

Na Goričanah 5. septembra 1905.

† Anton Bonaventura
škof.

55.

Litterae encyclicae Pii PP. X. ad Episcopos Italos de actione catholica.

PIVS PP. X.

Venerabiles fratres, Salutem et apostolicam benedictionem.

Certum consilium, quod usque a Nostri Pontificatus initio cepimus, vires omnes quas Dominus benigne Nobis concedere dignatur, ad omnia instauranda in Christo intendere, magnam cordi fiduciam addit erga potentem Dei gratiam, sine qua nil magni atque uberis animarum salutis in mundo cogitare aut incipere pos-

sumus. Interea tamen eo vel magis ut a Vobis, Venerabiles Fratres, vocati in partem officii Nostri pastoralis, unanimiter et constanter nobili in incepto adiuvemur opus habemus, sicut et a singulis clericis singulisque fidelibus vestrae commissis sollicitudini. Omnes enim in Ecclesia Dei ad illud unum corpus efformandum

vocatur, cuius caput Christus: corpus bene compactum, prout docet Apostolus Paulus,¹⁾ et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, unde augmentum corporis ipsius venit et sensim sine sensu aedificatur in vinculo caritatis. Et sane si in hoc opere *aedificationis corporis Christi*,²⁾ maximum est officium Nostrum docendi atque rectam agendi rationem sequendam ostendendi mediaque ad id proponendi, monendi atque paterne hortandi, est quidem officium omnium Nostrorum filiorum, qui Nobis carissimi in orbe diffusi inveniuntur, consilia Nostra recipiendi atque executioni mandandi prius in seipsis ac efficaciter cooperandi ut etiam in aliis in actum adducantur, unusquisque iuxta gratiam a Deo receptam, iuxta statum munusque suum, iuxta zelum qui cuiusque inflamat cor.

Nunc autem tantum memorare volumus illa multiplicia opera caritatis in bonum Ecclesiae, societatis et singulorum, quae nomine *Actionis catholicae* vocari solent, quae ex divina gratia ubique habentur et in Italia nostra etiam copiose florent. Quae opera quam cara Nobis sint et quantum ex corde cupimus ut eadem roborentur ac promoveantur Vos, Venerabiles Fratres, optime perspicitis. Neque solum saepius de his viva voce locuti sumus cum pluribus saltem vestrum, cumque potioribus eorum in Italia praesidibus, quando ipsi praesentes Nobis offerebant suae devotionis ac amoris filialis obsequium, sed etiam cum Nos de eodem argumento ederemus vel auctoritate Nostra edi varios Actus iuberemus, quos omnes iam noscitis. Quod si aliqui ex ipsis, prout occasio Nobis acerba poscebat, potius ad obstacula removenda promptiori actionis catholicae progressui atque ad quasdam damnandas effrenes propensiones quae gravi damno profuturæ causae communis irreperant dispositi erant; tamen anhelabamus ad vos mittere verba paterni solatii atque hortationis, ut, remotis, quo melius Nobis possibile, obstaculis, bonum indesinenter perficiatur lateque diffundatur. Nobis itaque pergratum est nunc hisce Nostris Litteris id perficere ad omnium consolationem, freti verba Nostra ab omnibus cum docilitate exceptum atque effectum iri. Actionis catholicae campus perlatus quidem habetur, quae ex se nihil excludit quod quocumque modo, sive directe sive indirecte, ad divinam Ecclesiae missionem pertineat. Proinde neminem fugit tantae perficiendae operae opus esse singulorum cooperatione; neque solum in animarum nostrarum sanctificationem, sed etiam quo melius diffundatur atque extendatur Dei Regnum in individua, in familias atque in societatem; unoquoque pro viribus adlaborante bonum proximi per veritatis revelatae diffusionem, per christianarum virtutum exercitium, perque caritatis aut misericordiae

spiritualis corporalisque opera. Hoc Deo dignum est ambulare, ad quod nos S. Paulus hortatur, ut per omnia placeamus, *in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia Dei*.¹⁾

Praeter haec plurima habentur bona ordinis naturalis ad Ecclesiam Dei directe minime pertinentia, quae tamen ex ipsa quasi natura sua profluere dicenda sunt. Talis est lux catholicae revelationis, ut vividissima in omnem diffundatur scientiam; tanta vis Evangelii maximarum, ut legis naturae praecepta sarta tecta roborentur atque confirmantur, tamque insuper efficax est veritas ac moralis a Iesu Christo proposita, ut ipsa individuorum temporalis felicitas nec non familiae atque humanae consociationis provide sustineatur ac promoveatur. Ecclesia, etiam praedicando Iesum Christum crucifixum, scandalum stultitiamque gentibus,²⁾ inspiratrix devenit atque praecipua faultrix humanitatis; eamque, ubicumque ipsius apostoli praedicaverunt, diffudit, servans quidem atque perficiens elementa bona antiquorum ethnicorum cultuum, e barbarie eruens et humanius docens consortium novos populos qui in sinum ipsius maternum confugerunt; atque toti societati, gradatim quidem, sed tuta ac semper progredienti ratione notam illam imprimens adeo propriam quae nunc quoque universe retinet. Mundi cultus est omnino christianus; eo verior, stabiliior, uberior pretiosis fructibus, quo est verius christianus; tantum declinat, magno cum boni socialis detrimento, quantum a cristiano characterē se retrahit. Hinc vi rerum intima, Ecclesia reapse facta est etiam custos ac vindex christianae *civilitatis*. Quod anterioribus historiae saeculis recognitum apprimē fuit immo civilium legislationum firmum constituit fundamentum.

Eo enim pacto nixae sunt relationes Ecclesiam inter et Status publica recognitio auctoritatis Ecclesiae circa materias omnes quae aliquo modo ad conscientiam referuntur, subordinatio legum omnium Status divinis Evangelii legibus, concordia utriusque regiminis, Status et Ecclesiae ita bonum temporale populorum curare, ne quid detrimenti capiat aeternum.

Opus non est, Venerabiles Fratres, vobis ostendere quaenam prosperitas et bonum, quaenam obsequens subiectio auctoritati et quodnam praestans gubernium haberentur ac servarentur in mundo, si ubique perfectum christianae *civilitatis* exemplar obtineri posset.

Sed, posito aeterno dissidio carnis adversus spiritum, tenebrarum adversus lucem, Satanae adversus Deum, illud minime obtineri potest, saltem in sua plenitudine. Quapropter continuae extersiones fiunt pacificis Ecclesiae acquisitionibus, eo acerbiores atque funestiores, quo humana consociatio fortius innititur principiis conceptui christiano adversis, immo totaliter a Deo se avertere adlaborat.

¹⁾ Ephes. IV, 16.

²⁾ Ephes. IV, 12.

¹⁾ Colos. I, 10. ²⁾ I. Cor. I, 23.

At non est hac de re animo deficiendum. Bene noscit Ecclesia portas inferi contra ipsam non praevalituras; sed praevidet etiam se in mundo pressuram passuram esse, suos apostolos mitti sicut agnos inter lupos, suos fideles semper odio atque contemptui obiectum iri, quemadmodum divinus eius fundator expletus odio et livore fuit. Ecclesia progreditur proinde impavida, et dum Regnum Dei diffundit ubi nunquam praedicatum fuit, omnibus studet modis recuperandi extorsiones regni iam acquisiti. *Instaurare omnia in Christo* fuit semper Ecclesiae signum ac peculiariter nostrum tristibus praesentibus temporibus. Instaurare omnia non quocumque modo, sed in Christo; *quae in coelis, et quae in terra sunt, in ipso*, ait Apostolus,¹⁾ instaurare in Christo, non tantum quod proprie ad divinam Ecclesiae missionem pertinet animas ad Deum adducendi, sed etiam quod, ut iam diximus, ab eadem divina missione sponte derivat, christianam nempe civilitatem in omnibus et singulis elementis eam constituentibus.

Et quoniam ad hanc tantum partem desideratae instaurationis sermonem coartamur, optime nostis, Venerabiles Fratres, quo auxilio sint Ecclesiae illae catholicorum selectae acies, quae hoc unum sibi proponunt omnes proprias vires unire, ad civilitatem antichristianam omnibus mediis iustis ac legalibus debellandam; ad gravissimas deordinationes ex illa derivantes reparandas; ad Iesum Christum iterum ducendum in familias, in scholas, in societatem; ad principium humanae auctoritatis restabiliendum prout vices gerens auctoritatis Dei; ad res populi curandas et praesertim coetus operarii atque agricoli, non tantum in omnium cordibus principia infundendo, unam veram originem consolationis in angustiis vitae, sed lacrimas tergere adlaborando, poenas lenire, oeconomicas condiciones in melius vertere per rectam agendi rationem; ut denique nitantur, quo publicae leges iustitia informantur, atque corrigantur vel tollantur quae iustitiae adversantur; ut tandem defendant atque animo vere catholico divina iura sustineant nec non iura non minus sacra Ecclesiae.

Quorum omnium operum complexus, quae a catholico laicatu sustentantur plerumque promoventurque ac varie excogitata pro uniuscuiusque nationis necessitatibus vel peculiaribus circumstantiis, est id quod nomine aptiori eoque nobilissimo dici solet *Actio catholica* seu *Actio catholicarum*. Omnibus sane temporibus ipsa auxilio Ecclesiae fuit, quae auxilium hoc semper libenter excepit atque benedixit, quamvis illud pro temporibus varie explicatum sit.

Etenim heic est statim notandum non omnia quae utilia fuere, immo unice efficacia anteactis temporibus, nunc possibile est eodem modo restituere; tot labentibus saeculis in societatem atque publicam vitam inferuntur

variationes totque novae necessitates quas mutatae circumstantiae continuo suscitant. Sed Ecclesia per amplum historiae suae cursum semper et ubique clare ostendit sibi inesse miram virtutem accomodationis mutabilibus consortii civilis conditionibus, ita ut, salvis semper integritate atque immutabilitate fidei et morum, salvisque pariter sacris suis iuribus, facile cedat ac se accomodet circa ea, quae sunt contingentia ac fortuita temporum vicibus novisque societatis necessitatibus. Pietas, ait S. Paulus, omnibus se aptat, divinas possidens promissiones, ad bona obtinenda et praesentis et futurae vitae: „*Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, et futurae.*“¹⁾ Idcirco etiam actio catholica, si opportune mutatur quoad formas suas extrinsecas ac quoad media, semper eadem est sive de principiis regentibus agatur sive de nobilissimo suo fine. Ut autem simul sit vere efficax, diligenter oportet cognoscantur condiciones ab ipsa impositae, habita ratione eiusdem naturae ac finis.

In primis quidem in omnium cordibus fixum sit instrumentum deficere, nisi operi, cui est adhibendum, aptum efficiatur. Actio catholica (prout ex dictis evidenter eruitur) quoniam omnia in Christo instaurare sibi proponit, verum constituit apostolatam ad honorem et gloriam ipsius Christi. Ut recte expleatur gratia requiritur divina, quae apostolo non datur nisi Christo ipse uniatur. Cum Iesum Christum in nobis efformaverimus, tunc facilius eundem familiis societatique restituere poterimus. Ideoque quotquot ad regendam vel promovendam actionem catholicam vocantur aut se dederint, ipsi catholici sint oportet firmissimi, sua fide suasi, in religionis rebus recte edocti, sincere Ecclesiae obsequentes et praesertim huic supremae cathedrae apostolicae Vicarioque Iesu Christi in terris; vera pietate ornat, virtutibus praeclaris, moribus integris vitaeque adeo exemplari, ut omnibus exemplo sint efficaci. Nisi animus ita sit dispositus, nedum penes alios bonum promovere erit difficile, sed fere impossibile evadet recta cum intentione procedere viresque deficient sustinendis perseveranter incommodis quae quicumque apostolatus secumfert, adversariorum calumniis, virorum et amicorum zelotypiae ipsorum in actione sociorum, procul dubio excusatione dignis, posita humanae naturae imbecillitate, sed tamen multum praeiudicium afferentibus discordiarumque causis, offensionum atque domesticorum contentionum. Tantum virtus patiens et firma simulque suavis atque humana hasce tollere vel minuere potest difficultates, ita ut opus, cui vires catholicae adlaborant, detrimentum non capiat. »*Sic est voluntas Dei, ut bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.*«²⁾

¹⁾ I. Tim. IV, 8.

²⁾ I. Petr. II, 15.

¹⁾ Ephes. I. 10.

Opera insuper circa quae vires catholicae fortiter constanterque insudare debent interest recte definire. Eadem talis momenti evidenter sint, adeo hodiernae consociationis necessitatibus respondentia, tam morali- bus et materialibus bonis apta, praesertim populi proletariorumque, ut dum in promotores actionis catho- licae quam optimam alacritatem infundant ob magnum ac indeficientem fructum quem ex seipsis promittunt, ab omnibus facile comprehendantur ac libenter excipi- antur. Quia vero graves hodiernae vitae socialis quae- stiones promptam tutamque exigunt solutionem, omnes apprime cupiunt scire ac cognoscere modos varios, quibus solutiones eadem executioni mandantur. Magis in dies excrescunt discussiones alio atque alio sensu ac plane per artem typographicam diffunduntur. Qua- propter maxime necessarium est ut actio catholica opportunitatem capiat, audacter progrediatur et ipsa propriam proponat solutionem quam defendat segura cum diffusionem, alacri, perspicaci, ordinata quaeque directe adversariae diffusioni opponatur. Christianorum principiorum bonitas iustitiaeque, rectae morum regulae quas catholici profitentur, plena ipsorum temperantia, nil aliud aperte ac sincere cupientium quam verum aliorumque bonum, et tandem evidens ipsorum capa- citas promovendi melius quam ceteri etiam veram populi oeconomiam, nequeunt non allicere mentem et cor eorum qui vident et agmina eorum accrescere, ita ut fortem ac decisam ipsorum compaginem efficiat, quae capax sit contrario motui resistere atque adver- sarios compescere.

Quam absolutam necessitatem optime novit Noster Antecessor s. m. Leo XIII., ostendens praecipue in celebri Encyclica *Rerum Novarum* aliisque posteri- oribus documentis, obiectum praecipuum actionis catho- licae, *nempe practicam socialis quaestionis solutionem iuxta christiana principia*. Et Nos, tam sapientes secuti normas, nostro *Motu Proprio* die 18. decembris 1903 actioni populari christianae, quae totum complectitur motum catholicum sociale, ordinem dedimus funda- mentalem qui esset quasi practica norma communis actionis et vinculum concordiae caritatisque. Eodem itaque et isto fine sanctissimo et apprime necessario nitantur in primis oportet atque roborentur opera catholica, varia quidem et multiplici forma ornata, sed omnia pariter ad efficaciter promovenda eadem bona socialia directa.

Ut autem haec actio socialis persistat atque floreat necessaria cum cohaesione variorum operum eiusdem, maxime opus est ut catholici exemplari utantur invicem concordia, quae vero nunquam obtineri poterit, nisi omnibus unitas sit consiliorum. De qua necessitate nullum potest esse dubium; adeo clara sunt monita ab hac apostolica cathedra allata, tam vivida luce per- fusa ex scriptis optimorum catholicorum cuiuscumque

nationis, et tamque laude dignum exemplum pluries, etiam per Nos ipsos, propositum ab exteris catholicis, qui brevi ob hanc concordiam consiliorumque unitatem obtinuerunt fructus uberes multumque laetos.

Quo vero tutius haec obtineantur, inter varia opera pariter laude digna, alibi habita est apprime efficax institutio quaedam generica, quae nomen habens *Unio popularis* habet obiectum in unum colligendi catholicos cuiuscumque socialis gradus, praecipue vero innumeras populi multitudines apud unum commune doctrinae centrum nec non diffusionis atque socialis ordinationis. Ipsa enim, cum cuidam respondeat neces- sitati ubique impellenti, fluit eiusdem simplex consti- tutio ex natura ipsa rerum, quae item ubique habentur, nequit dici propria potius unius quam alterius nationis, sed omnium penes quas eadem habentur necessitates eademque pericula. Mira eiusdem popularitas eam caram acceptabilemque reddit neque alias impedit institutiones, sed potius cuicumque institutioni robur praebet con- nexionemque, cum eius ordinatio stricte personalis singulos cogit ingredi in institutiones particulares, eos- dem actioni practicae et vere proficuae assuescit, omni- umque animos ut idem sentiant ac velint perstringit.

Hoc sociali centro ita constituto, aliae omnes institutiones oeconomicae habentes indolem et sol- vendae practice ac undequaque questioni sociali directae, quasi sponte in unum conveniunt, in finem nempe generalem qui eas unit, quamvis tamen, quae peculi- aribus necessitatibus quibus intendunt, varias adhibent formas variaeque media, prout finis proprius unius- cuiusque requirit. Heic Nobis pergratum est Nostram significare satisfactionem ob multa quae in Italia iam ex hac parte effecta sunt, certa spe freti, posito divino auxilio, etiam plura factum iri in posterum, bona quae obtenta sunt confirmando eademque maiori semper zelo diffundendo. Qua de re optime meruit vulgo *Opera dei Congressi e Comitati cattolici*, propter virorum praeclarorum eam regentium miram alacritatem, qui eisdem peculiaribus institutionibus praepositi fuere et sunt. Ideoque hoc centrum seu unio operum indolis oeconomicae, sicut a Nobis expresse servatum est cum ipsa *Opera dei Congressi* desit, ita etiam in posterum prosequetur sub sollerti directione eorum qui eidem praepositi inveniuntur.

Praeterea ut efficax omnino sit actio catholica, minime sat est quod pars sit hodiernis societatis neces- sitatibus, oportet etiam ut omnibus mediis practicis defendatur, quae eidem hodie suppeditantur ex soci- alibus studiis progredientibus, ex experientia alias habita, ex civilis consortii conditionibus, ex ipsa publica sta- tum vita. Alioquin periculum imminet diu in incertum vagandi, nova atque periculosa inquirendo, dum bona tutaque prae manibus habentur atque optima se prae- buerunt; aut institutiones methodosque proprias ali-

orum temporum proponendi, quae nunc a populo non percipiuntur; aut tandem ex opere desistendi, minime utendo, quoad concessa sunt, iuribus illis civilibus, quae hodiernae societatum constitutiones omnibus offerunt proindeque etiam catholicis. Et, ut in hoc postremo argumento sistamus, haud dubium est praesentem statuum ordinationem omnibus indistincte facultatem dare in publicam influendi rem, atque catholici, salvis officiis legis divinae Ecclesiaeque praescripti-
onibus, tuta possunt conscientia eadem uti, ut se idoneos praebeant item, immo melius quam ceteri, cooperari bono materiali civilique populi atque ea pollere auctoritate et veneratione, quae ipsis bona etiam altiora defendere atque promovere permittat, quae bona sunt animae.

Quae iura civilia plura sunt varioque ex genere, minime secluso iure participandi directe politicae status vitae populum repraesentando in aulis legislativis. Gravissima argumenta nobis suadent, Venerabiles Fratres, illi insistere normae quam antea decrevit Noster Antecessor s. m. Pius IX. atque postea secutus est alius Antecessor Noster s. m. Leo XIII. durante diuturno suo pontificatu, iuxta quam prohibentur in genere catholici in Italia quominus potestati legislativae participant. Attamen quaedam alia etiam gravissima argumenta, bono supremo consentanea societatis, quae omnino salvari oportet, possunt exigere ut peculiaribus in casibus a lege observanda dispensetur, praesertim cum Vos, Venerabiles Fratres, hoc maxime necessarium senseritis in bonum animarum atque vestrarum Ecclesiarum, cumque eiusdem dispensationis petitionem feceritis.

Possibilitas vero huius benignae Nostrae concessionis officium exigit in catholicis omnibus prudenter ac sapienter se parandi vitae politicae, si quando ad eam vocentur. Unde maxime interest ut ea ipsa alacritas, quae iam a catholicis laudabiliter adhibita est ut se pararent bona cum electorali organizatione vitae administrativae Municipiorum Consiliorumque provincialium, extendatur etiam ad apte se parandos atque ordinandos vitae politicae, prout opportune commendatum est Litteris *Circularibus* die 3. decembris 1904 a Praesidentia generali operum oeconomicorum in Italia. Simul autem inculcanda erunt atque practice sequenda praecipua principia conscientiam cuiusque veri catholici moderantia. In primis meminerit ipse esse quocumque tempore et videri vere catholicus, ad publica accedens officia eaque exercens firmo atque constanti cum proposito pro viribus promovendi bonum sociale oeconomicumque patriae, praesertim vero populi iuxta principia christianae *civilitatis*, atque simul promovendi suprema Ecclesiae iura, quae sunt eadem ac religionis et iustitiae.

Hi, Venerabiles Fratres, sunt characteres, obiectum et conditiones actionis catholicae, si pars eius-

dem maioris momenti consideretur, nempe solutio socialis quaestionis, digna sane cui omnes vires catholicae adlaborent maxima cum alacritate. Quod vero minime impedit quin cetera etiam opera iuventur ac promoveantur eaque ex vario genere, sed omnia item uni vel alteri societatis populiue bono dirigantur ut christiana consociatio variis sub respectibus reflorat. Solent ipsa exsurgere ob particularium personarum zelum atque in singulas diffundi dioeceses quandoque vero maiores in foederationes convenire. Dum vero laude dignus sit eorum finis, firma christiana principia iustaque media quae adhibentur et ipsa laudanda atque omnino fovenda erunt. Quibus danda est quaedam ordinationis libertas, cum possibile non sit ut, ubi plures conveniunt personae, omnes eodem modo disponantur vel sub unica convenient directione. Spontanea quidem ex ipsis operibus exurgat organizatio, alioquin aedificia optime quidem extructa habentur, sed fundamento vero carentia ideoque omnino effimera. Singulorum populorum indolis ratio habenda etiam est. Alii atque alii usus aliae atque aliae tendentiae dantur diversis in locis. Unum interest ut nempe adlaboretur optima super base, principiorum cum firmitate, cum fervore et perseverantia, quae si obtineantur, modus ac forma variorum operum accidentales omnino manent.

Ut autem renovetur atque augeatur omnium quidem catholicorum operum necessaria alacritas, et occasio praebeatur promotoribus eorumdemque membris se videndi cognoscendique invicem, magis ac magis fraternae caritatis vincula devinciendi, animum invicem addendi meliori cum zelo ad actionem efficacem, vel meliori operum ipsorum soliditati diffusionique providendi magno sane erit auxilio identidem, iuxta normas ab hac Sancta Sede praescriptas, conventus generales seu partiales celebrare italorum catholicorum, qui erunt sollemnes fidei catholicae manifestationes atque festa communia concordiae pacisque.

Aliquid manet dicendum, Venerabiles Fratres, de alio maximi momenti capite, de relatione nempe quam omnia actionis catholicae opera habebunt ad ecclesiasticam auctoritatem.

Qui doctrinas, quas in priori harum Nostrarum litterarum parte exposuimus, bene reputet, facile concludet omnia opera, quae directe ministerio spirituali ac pastoralis Ecclesiae inserviunt quaeque religiosum finem in bonum animarum sibi proponunt, debent et in minimis Ecclesiae ipsius auctoritati subesse proindeque Episcoporum, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei in dioecesibus eisdem assignatis. Verum et cetera opera quae, uti diximus, praecipue instituta sunt ad instaurandam promovendamque in Christo veram christianam civilitatem et quae constituunt iuxta sensum supra expositum actionem catholicam nequeunt ullo modo admitti independentia a con-

silio et suprema auctoritatis ecclesiasticae directione, praesertim cum omnia inniti debeant principiis doctrinae et moralis christianae; eoque minus si magis minusve manifeste eidem auctoritati opponantur. Procul dubio est haec opera data eorum natura, progredi debere rationabili cum libertate, cum ipsa de propria respondeant actione, praesertim quoad negotia temporalia et oeconomica nec non res vitae publicae administrativae ac politicae, a ministerio mere spirituali alienas. Sed quoniam catholici semper Christi deferunt signum, eo ipso extollunt Ecclesiae signum, decet omnino ut haec signa ab Ecclesia recipiant, et Ecclesia honorem eorum defendat immaculatum, eundemque maternas vigilantiae catholici dociles atque obsequentes filii se submittant.

Quapropter manifestum apparet quam male egerint illi, pauci quidem, qui heic in Italia et Nostris sub oculis, cuidam se dicarunt missioni quam a Nobis minime receperant neque ab aliquo alio ex Nostris in Episcopatu Fratribus, eamque promovere conati sunt non tantum sine debito auctoritatis obsequio, sed etiam aperte contra eiusdem voluntatem, suam rebellionem frivolis distinctionibus legitimare studentes. Et ipsi nomine Christi vexillum quoddam deferre autumabant, quod nullimode Christi dici poterat, cum in seipso divini Redemptoris doctrinam non deferret et heic applicari posset: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit*¹⁾: *Qui non est mecum, contra me est; et qui non colligit mecum, disperdit*²⁾; doctrinam quam perniciosam tendentiam refellere, malumque iam invadens maximo cum Nostri cordis dolore compellere debuimus ergo humilitatis, subiectionis, filialis obsequii. Maximo cum dolore Nostri cordis refellere debuimus huiusmodi tendentiam atque motum perniciosum iam invadentem compellere.

Eoque acerbior dolor Noster erat, quia hac falsa via plurimos videbamus allici iuvenes Nobis carissimos, inter quos multos electo ingenio, fervido zelo et capaces bonum efficaciter operandi si recte ducantur.

Dum vero rectam actionis catholicae normam omnibus indigitamus, dissimulare non possumus, Venerabiles Fratres, non leve periculum cui, hac temporum conditione, Clerus expositus est, dandi nempe nimium bono materiali populi pondus, flocci e contra faciendi bona multo maiora Sacri ministerii.

Sacerdos supra ceteris hominibus elevatus ad missionem explendam a Deo receptam, item supra ceteris humanis rebus consistere debet supra omnibus conflictis, supra omnibus societatis coetibus. Campus illius proprius est Ecclesia, ubi Dei legatus veritatem praedicat atque per iurium Dei venerationem inculcat respectum iurium omnium creaturarum. Ita agens, ipse nulli oppositioni obnoxius est, vir partium non apparet,

aliquorum fautor, aliorum adversarius, neque ad vitandos aliquarum tendentiarum impetus aut ne in multis argumentis irritet animos offensos periculo exponitur dissimulandi vel faciendi veritatem, sua officia in utroque casu non servans; immo cum saepe saepius sibi de rebus materialibus sit tractandum, solidalis posset evadere in obligationibus suae personae dignitatisque sui ministerii obnoxius.

Nulli huius generis associationi participet, nisi praevis Episcopi consensu, prudenti consideratione, atque in illis tantum casibus, in quibus sua cooperatio immunis est a quovis periculo et evidenti est auxilio.

Neque ita zelus sacerdotis devincitur. Verus apostolus omnibus *omnia fieri debet, ut omnes salvet*¹⁾: prout iam Redemptor divinus, misereri debet *turbas adeo vexatas conspiciens, prout oves sine pastore degentes*.²⁾

Efficaci scriptorum diffusione, vivae vocis exhortatione, directa cooperatione in casibus supradictis, curet ergo, ad provehendas etiam, infra iustitiae caritatisque limites, oeconomicas populi condiciones, favens promovensque institutiones quae conveniunt, praesertim illas quae finem habent recte multitudines ordinandi adversus praepotens socialismi dominium quaeque easdem salvant sive ab oeconomica eversione sive a morali religiosoque exitio. Hoc modo cleri adistentia operibus actionis catholicae in finem tendit apprime religiosum, neque unquam impedimento erit, immo auxilio evadet spirituali ministerio, eiusdem campum extendens fructusque multiplicans.

En, Venerabiles Fratres, quae exponere et inculcare cupiebamus circa catholicam actionem sustinendam promovendamque nostra in Italia. — Non sufficit bonum indigitare; oportet idem practice exequamur. Ad hoc maximo sane erit auxilio vestra etiam exhortatio vestrumque paternum consilium ut bonum perficiatur. Sint etiam humilia principia, dummodo vere incipiatur, divina gratia eadem brevi augebit prosperabitque. Omnesque Nostri dilecti filii, qui actioni catholicae se dicaverint, iterum excipiant verba quae sponte Nostro ex corde effluunt. In angustiis, quibus quotidie premimur, si qua est consolatio in Christo, si quid solatii vestra ex caritate Nobis affertur, si communio habetur spiritus atque commiserationis, et Nos cum Apostolo Paulo³⁾ dicemus, implete Nostrum gaudium concordia, eadem caritate, unanimi affectione, humilitate debitaque subiectione, minime proprium commodum cupientes, sed bonum commune, atque vestris in cordibus eosdem nutrientes sensus, quos fovebat Iesus Christus, Salvator Noster.

Sit ipse principium cuiuscumque vestri incepti: *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia*

¹⁾ I. Cor. IX, 22. — ²⁾ Math. IX, 36.

³⁾ Philipp. II, 1—5.

¹⁾ Luc. X, 16. — ²⁾ Ib. XI, 23.

*faciatis in nomine Domini Iesu Christi.*¹⁾ Sit ipse terminus omnis actionis vestrae: *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula.*²⁾ Hac die laetissima qua recordamur Apostolos, Spiritu Sancto repletos, e Coenaculo exivisse ad mundo Regnum Christi praedicandum, descendat etiam in Vos virtus eiusdem Spiritus Sancti, qui omne rigidum flectat, animos frigidos foveat, quodque est devium recte di-

¹⁾ Coloss. III, 17.

²⁾ Rom. XI, 36.

rigat: *Flecte quod est rigidum, fove quod est frigidum, rege quod est devium.*

Auspex interim divinae benignitatis atque pignus nostri peculiaris affectus sit Apostolica Benedictio quam ex intimo corde Vobis, Venerabiles Fratres, impertimur, vestro clero italoque populo.

Datum Romae apud S. Petrum, die festo Pentecostes, 11. Iunii 1905, Nostri Pontificatus anno secundo.

Pius PP. X.

56.

Nabiranje milodarov za pogorelce v Tillmitschu.

Veleslavno c. kr. deželno predsedništvo za Kranjsko je doposlalo z dopisom z dne 19. avgusta 1905, št. 3105 pr. nastopni oklic:

Dne 4. avgusta t. l. je v vasi Tillmitsch pri Lipnici na Štajerskem nastal požar, ki se je, podpiran po silnem viharju, razširil jako hitro in v kratkem času uničil 66 hiš in gospodarskih poslopij, izredno mnogo živine in skoro vse spravljene poljske pridelke.

Ker je spričo te požarne katastrofe velik del prebivalstva brez strehe in je ponajveč izgubil tudi ves imetek, vlada med njim tem večja beda, ker so kmetiške prebivalce tega kraja prav v poslednjih letih ponovljeno zadele uime.

Škoda, ki jo je povzročil požar, preseza vsoto 330.000 kron, pokrita pa je le z neznatnim zavarovanjem.

Zaradi nedostatnih pomočkov, ki so na razpolago za pokritje te znatne izgube, je torej popolnoma upra-

vičen poziv na milosrčnost prebivalcev po drugih upravnih ozemljih.

Zato mi je gospod minister za notranje stvari naročil na dotično prošnjo gospoda namestnika na Štajerskem, da razpišem splošni javni sklad milih darov v prid pogorelcem v Tillmitschu.

Ustrezaje temu naročilu, se obračam do dobrodelnosti tudeželnega prebivalstva in upam, da po svojih močeh s prispevki vsaj deloma olajša bedo med nesrečnimi pogorelci.

Darove sprejemajo c. kr. deželno-predsedstvo, tukajšnji mestni magistrat in vsa okrajna glavarstva. Darovi se razglase v časopisu „Laibacher-Zeitung“ in potem dajo svojemu namenu.

Vsled prošnje imenovanega deželnega predsedništva se vabijo čč. gg. dušni pastirji, da razglase ta oklic z lece ter, ako za primerno spoznajo, vernike opomnijo, naj se po svojih močeh udeleže tega dobrega dela.

57.

Razpis Ivan Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove.

Ustanova pokojnega vodje normalke, c. kr. šolskega svetnika in častnega kanonika Iv. Nep. Schlackerja v podporo ene učiteljske vdove, se bode zopet podelila za čas od 1. avgusta 1904 do 1. avgusta 1905.

Častni župni uradi naj obveste o tem razpisu tiste vdove, ki sicer ne uživajo nikake ustanove, z opazko, naj opremijo prosivke svoje prošnje z ver-

jetnimi svedočbami, da so v resnici ubožne, nesvarljivega življenja in da so njihovi možje najmanj deset let hvalevredno služili v kronovini Kranjski kot ljudski učitelji.

Prošnje naj se vložé do 10. oktobra tega leta pri tukajšnjem konzistoriju.

58.

Perijodična poročila in izkazi za leto 1905.

Velečastiti gospodje duhovni pastirji se vabijo, da vpošljejo najpozneje do 15. oktobra t. l. potom dekanijskih uradov knezoškofijski pisarni za leto 1905 običajna perijodična poročila in izkaze, in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnijah,
2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za leto 1906,
3. o številu prebivalstva po veroizpovedanju,

4. o premembah poštnih postaj, h katerim pripadajo posamezne duhovnije, istotako o telegrafskih postajah,

5. o okrajnih in krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki,

6. o pogrških, ki so se morda vrinili v letošnji škofijski šematizem, in o podatkih, ki bi izpopolnili krajevni imenik.

59.

Konkurzni razpis.

Potom okrožnice sta bili razpisani župniji: Črni vrh nad Polhovim gradcem in na novo ustanovljena župnija Begunje pri Cerknici do 16. septembra 1905.

Razpisuje se dalje vsled upokojenja izpraznjena župnija Radeče pri Zidanem mostu, v litijski

dekaniji, stoječa pod patronstvom graščine Weixelstein (Novi dvor).

Prosvinci naj naslové svoje prošnje na slavno lastništvo patronske graščine Weixelstein.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 30. dan septembra 1905.

60.

Škofijska kronika.

V knezoškofijskih zavodih v Šent Vidu nad Ljubljano so nameščeni p. n. čč. gg.: dr. Frančišek Ušeničnik, doslej spiritual v duhovskem semenišču v Ljubljani, kot rektor; dr. Ivan Gnidovec kot ravnatelj gimnazije in gimnazijski učitelj; kot gimnazijski učitelji pa Anton Jarc, Luka Arh in Anton Koritnik; kot glavni prefekt dr. Ivan Ev. Zore, doslej studijski prefekt v duhovskem semenišču; kot prefekt in katehet Josip Demšar, doslej prefekt v „Alojzijevišču“; kot prefekt in učitelj risanja Gašpar Porenta, doslej kapelan v Stopičah.

Podeljena je župnija Janče tamošnjemu upravitelju č. g. Ivanu Dobnikarju.

Kanonično vmeščen je bil č. g. Ivan Dobnikar na podeljeno mu župnijo Janče 5. sept. 1905.

Premeščeni so bili dalje čč. gg.: Alojzij Stroj, katehet pri uršulinkah v Ljubljani, kot spiritual v duhovsko semenišče; Karol Čerin iz Kostanjevice kot prvi kapelan v Škofjo Loko; Bertold Bartel od Stare cerkve (Mitterdorf) v Kostanjevici; Anton Jerič, začasno upokojeni brezoviški kapelan, kot kaplan k Sv. Duhu; Matija Okorn z Breznice na Dovje; Anton Medved, bivši kapelan na Preski, na Breznico.

Stalni pokoj je dovoljen č. g. Ivanu Zagorjanu, župniku v Radečah pri Zidanem mostu.

Umrli je č. g. Frančišek Jereb, upokojeni zaispi župnik, na blejskem otoku dne 6. sept. 1905.

Priporoča se v molitev čast. duhovnim sobratom.

V knezoškofijsko Alojzijevišče so bili za šolsko leto 1905/06 sprejeti nastopni dosedanjí gojenci:

V VIII. razred:

Drešar Janez iz Komende,
Kanduč Frančišek iz Idrije,
Lunder Alojzij z Velikih Poljan,
Nastran Frančišek iz Vodice,
Rupnik Karol iz Črnega Vrha,
Tomažič Ivan iz Most.

V VII. razred:

Avsenek Ivan iz Mošenj,
Hočevan Frančišek iz Velikih Lašč,
Muren Jožef iz Stopič,
Natlačen Marko z Goč,
Rogelj Jožef iz Velesovega,
Šmit Frančišek iz Ribnega,
Žerjov Gregor z Jesenic.

V VI. razred:

Adamič Alojzij z Velikih Poljan,
Filipič Janez s Trate,
Gnidovec Anton iz Ajdovca,
Groznik Anton iz Višnje Gore,
Gruden Ivan z Vojskega,
Jenko Frančišek iz Lipice pri Škofji Loki,
Pretnar Frančišek z Bleda,
Sedej Frančišek s Trate,
Šimenec Jožef iz Dola,
Težak Marko iz Metlike.

V V. razred:

Bogataj Lovrenc iz Stare Loke,
Gnidovec Anton iz Ajdovca,
Hiti Frančišek od Sv. Trojice,
Mejak Jakob iz Ormoža,
Meršolj Frančišek iz Radovljice,
Mohorč Ivan iz Begunj,
Pestotnik Ivan iz Tuhinja,
Plevnik Anton iz Črnomlja,
Žganjar Ignacij iz Dobropolja.

V IV. razred:

Poje Jožef iz Osilnice,
Resman Anton iz Begunj,
Zbačnik Alojzij iz Travnika,
Župan Alojzij iz Gorij,
Žarkovič Frančišek iz Metlike.

Na novo so bili sprejeti:

V V. razred:

Petrič Gabriel iz Strug,
Skebè Venceslav iz Hinj.

V IV. razred:

Stanonik Maks s Trate,
Torkar Anton z Bleda.

V III. razred:

Anžič Anton iz Sostrega,
Dežela Ivan iz Ledin,
Frančič Ivan iz Št. Jerneja,
Koblar Frančišek iz Železnikov,
Možina Frančišek iz Slavine,
Oman Anton iz Lipice pri Škofji Loki,
Platiša Ivan od Sv. Ožbalta nad Škofjo Loko,
Šusteršič Jožef iz Dobrnič,
Vindišar Ivan iz Srednjega Bitnja.

Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dné 7. septembra 1905.